

Terrae foetus et Metalla.

Terra profert varia. Pratum fert gramina cum floribus et herbis, quae delecta et torrefacta foenum fiunt. Arvum conlitum fert fruges et olera. In sylvis proveniunt fungi, fraga, myrta, etc. Sub terra nascuntur metalla, lapides, mineralia. Aurum, argentum, cuprum, stannum, plumbum et ferrum metalla audiunt. Aurum superat reliqua pondere et pretio, ferrum omnia multitudine et utilitate. Plumbum est molle. Ferrum est durius, summo opere induratum fit chalybs. Ex stanno et orichalco lances, canthari, candelabra, mortaria, soleae, etc. ex cupro athena, cucumae; etc. conficiuntur. Ex argento grossi, floreni, thaleri, ex auro scutati, Ludovicei aliaeque monetae signantur cuduntur; itidem etiam aliae res pretiosiores, ut armillae, annuli, torques, etc. elaborantur. Argentum vivum est fluidum, et dissolvit metalla.

foetus, *ut, m. die Frucht.*
 profert, *gibt, Baum, ferre,*
herbebringen.
 varium, *z, um, mancherley.*
 pratum, *z, m. die Wiese.*

fert, *gibt, Baum, ferre, trägt.*
 gramin, *Yais, n, das Gras-*
um, mit, Præp.
 flor, *flora, m. die Blume.*
 herba, *z, f. das Kraut.*